MONUMENTA GERMANIAE

61

mercimoniis et multo thesauro cum pluribus curribus et equitibus transire per terram Missnensem (m/ Missn) et orientalem, quousque per(er)venerunt in civitatem Nuenborgensem, ubi tunc pernoctabant; (quo) illi comperto in castro Friborg, ut puto, advocato (Fab.? dasti), qui fuit unus baro vel ministerialis de Hoyme vel de Seraphila et erat cognatus[a] episcopi Merseburgensis, de mane congregatis raptoribus et armatis dictis mer(erca)catoribus trans Salam fluvium in Thuringia prope grangiam (grangium.²) [a] Portensis monasterii, dictum Gerne(erve)slede in ripa Trennewitz, insidias ponunt, [b] ipsos depredarunt et captivarunt, totam predam cum curribus et equis et captivis in castrum Friborg vicinum abducunt, ibi unum prothonotarium regis Polonorum circa currus equitantem occiderunt. Cui crux lapidea cum inscriptione litterarum in signum interfectionis itidem hodie cernitur (cerni). Princeps Fredericus Thuringie lantgravius ~~Thuringie~~ et marchio Missnensis (missn) ex eo, quod dicta rapina facta fuit in territorio et dominio suo et presertim in suo salvo conductu, predam una cum captivis sibi libertati donari postulavit, alias, si non facerent, ipsum castrum expugnaturum comminatus fuit. Econtra responderunt (erunt) sibi nec minimum quadrantem restituere velle de firmitate castri confisi et de iuvamine archiepiscopi Magdeburgensis et episcopi Merseburgensis (seburg) et aliorum multorum baronum. Quid plura.² Inclitus princeps iusto iudicio dictos castrenses diffidavit, exercitu valde congregato castrum obsedit, multo tempore cepit et expugnavit et usque in hodiernum diem pro se et suis heredibus obtinuit seu veris lantgraviis patrimonium[b] suum per avum suum Albertum Thuringie lantgravium, male

a) cognatg c.

a) grangro c.

b) ipsos depredarunt — ~~et marchio Missnensis~~ (cernitur) alia, ut videtur, manu scripta sunt.

predam

expugn. + MCCLXXI[b].

expugn.

b) patrimonium c. corr. man. rec. patrimonium

~~patrimonium~~